



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab Anno Christi 726. Usque Ad Annum 813

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1760

VD18 90117859

§.11. Leo ad Carolum proficiscitur.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-66091)

angustum carcerem detruserunt. Et ec-^{Sæcul. VIII.}
 ce, quamvis magnam vim tulisset Leo, A. C. 799.
 non tamen oculorum aut linguæ usu ca-
 rens inventus est; quod non sine prodi-
 gio factum crediderunt.

§. XI.

Leo ad Carolum proficiscitur.

Interim Albinus Papæ Cubicularius a-
 liique Viri fidem servantes, captivum
 e Monasterio liberatum, & per murum
 Civitatis demissum ad S. Petrum dedu-
 cunt, ubi Virundus Abbas Stabulensis,
 Regis Caroli Legatus versabatur.

Papæ inimici in rabiem versi, quod
 manus eorum evasisset, ejus Albinique
 ædes diripiunt. Tunc vero Vinigisus
 Dux Spoletanus, comperto, quod Papa
 in Basilica S. Petri esset, cum exercitu
 illuc contendens volentem Spoletum
 transtulit. Ibi cum multi Romanorum
 amici ex diversis Civitatibus ad eum
 confluerent, Papa animo constituit ad
 Carolum Regem proficisci. Iter facien-
 tem Episcopi, Cleri Romani pars, & Ci-
 vitatum Optimates comitabantur, &
 postquam nunciatum fuit Regi, Papam
 venire, misit obviam Hildebaldum Ar-
 chiepiscopum Colonensem & Archica-
 pellanum cum Anschario Comite. Po-
 stea etiam Pipinum Filium secundo ge-
 nitum, Italiae Regem misit cum aliis Co-
 miti-

Sæcul. VIII. mitibus, qui Papam deducerent usque
A.C 799. ad locum, quo ipse Rex Carolus obviam
 processit. Erat locus ille in Saxonia,
 nam tunc temporis Rex Civitatem Pa-
 derbornensem insidebat. Venientem
 Papam recepit inter Hymnos & Canti-
 ca spiritualia, moxque fluentibus mutuis
 lacrymis in amplexus ruerunt. Tum
 Pontifice cantum Gloria in excelsis in-
 choante & Clericis omnibus responden-
 tibus, oratio super populum dicta. Pon-
 tificem Rex aliquanto tempore honorifi-
 ce apud se retinuit, quod ubi hostes e-
 jus Romæ cognoverunt, furore amentes,
 incensis Ecclesiæ Romanæ agris, miserunt
 ad Regem Legatos, varias accusationes
 contra Papam deferentes.

§. XII.

Ecclesia Paderbornensis.

In illa commoratione Leo Papa Pader-
 bornæ in Ecclesia, novissime ædifica-
 ta, consecravit Altare, in quo Reliquias
 S. Stephani Roma a se allatas deposuit.
 Hæc Ecclesia, ab origine Ecclesiæ Her-
 bipolensi subdita, & ab aliquot annis ob
 nimiam locorum distantiam separata, E-
 piscopum acceperat Harmarum seu Ha-
 tumarum. (*) Is de Saxonum Gente
 adhuc

(*) Hodie Ecclesiæ Paderbornensis Episco-
 pali